

DE SUMMIS
IN
PHILOSOPHIA HONORIBUS,
VIRO IUVENI
Nobilissimo Doctissimoque
DOMINO
JOH. SCHELGUIGIO,

Boruffo,

d. 26. Jan. clō lbc XCIV.

In Lipsiensi Academia solenniter & ex merito collatis,

Applaudentes gratulantur

PATRONI, FAUTORES ET AMICI.

LIPSIÆ,
TTPIS CHRISTOPHORI FLEISCHERI.



*Ad Maximè Rev. Dn. Parentem,
Amicum S. longe Charissimum.*

EN, Tua qui sequitur totus vestigia, Natum!
Indè ipsi Pindus jam patet, indè Sion.

Gratulabundus f.

D. Val. Alberti.

Certabant nuper Philurea & Leucoris, utra
Plus ornet Natos, Patria Clara, tuos.
Lipsia decessit victrix. Nam porrigit unâ
Pignoribus binis Laurea ferta vice.
Maçti istac fortuna ambo virtuteque vestra!
Maçtabis Natos Mater & alma tuos.

Clarissime Dn. Candidate, Fautor Amande, quoties meis in Col-
legiis expeditæ eruditionis edidisti Specimina, toties Patriæ
æque ac nostræ Academiæ de erudito gratulatus sum filio,
quod & nunc publice repeto

Christianus Weidlingius,
Phil. & J. U. D.

Quem labor & Pietas, quem Virtus patria ducit,
Felix ad metam pervenit ille suam.
Hoc tua testatur quæ cingit tempora Laurus:
Pergas, sic Magno par potes esse Patri.

*Novis Honoribus Clarissimi DN. M. SCHELWIGII, Fautoris
& Amici sui plurimum dilecti, hoc, quicquid est, sacrum
esse voluit*

Joh. Gothofredus à Dieffeldorff, D.

Ad

Ad summè Venerandum

DN. D. SCHELVVIGIUM,

Cum Filius æmulus jura Magisterii cum laude capesseret,
gratulatio

L. JOHANNIS SCHMIDII, P. P.

& h. t. Decani.

G *Aude, Magne Parens, charo de Nomine nati,
Lipsia cui gnavo jam nova dona parat.*

*Ipsum conspicias variâ virtute coruscum,
Pugnantem vidit Lipsia nostra. Vale.*

C *Arminibus fateor, Juvenis Carissime, quicquid
Temporis impendo pæne perire puto.*

*Et præstat nullos quam incomptos scribere versus.
Sed desideriiis cedere malo tuis.*

*Tu modo metra boni mea consule qualiacunque,
Sint brevia illa licet, sint male culta licet.*

*Imo pium potius cape jam pro carmine votum:
Præmia virtutis sint tibi fausta tuæ.*

L. Thomas Ittigius.

AD GEDANUM.

E *Uge! Seris lætas stirpes, & Germina læta,
Dissita quæ multum Lipsia nostra colit.*

*En! TUA progenies, cognataque sedibus altis
SCHELWIGII, tanti stirps adamanda VIRI,*

*Quam calidis colimus devotò è pectore votis,
Dum sua Virtutis præmia læta capit.*

*Sit TIBI, quod speras, seros ornamen in annos,
Et magnum magni sit decus ipse Patris!*

His magni Theologi non degeneri Filio, Fautori & Amico suo
æstimatiss. de honoribus Philos. lætabundâ mente grat.

Gottlob Fridericus Seligmann/S. Theol.

Lic. ad D. Thom. Archi-D. & Min. P.P. h. t. Præpositus.

Non

Admirabamur nuper decus, oraque Patris
 Egregiè picti, ter venerande Tui:
 Tu verò effigiem meliorem sistis, & ejus
 Virtutem, dotes, ingeniumque refers.
 Hinc tibi promeritos dudum decernit honores
 Lipsia, & in Gnato dona Parentis amat.
 Perge age, SCHELGVIGI vestigia quære PARENTIS!
 Tu ne sis tanti pignus inane viri!

Nobilissimo atque Clarissimo DN. Candidato, Amico suo plurimum dilecto & honorando pariter ac Auditori suo in studio Orientali maximè strenuo atque assiduo, cum voto omnigenæ felicitatis de novis honoribus ita gratulari voluit

M. Christ. Zoëga, Facult. Phil. Assessor.

עורי שירי והתנערי לכו זמרי לבן עירי:

אגיד שבחי בכל כחי לשעלוויגי כמו אחי:

הנה מה טוב וידיר נפשי ומה נעים למור חכמה:

כי היא הגמול בשפע רב כבוד והוד לדורשיו:

אתא דורי בחשק רב יגעת בה בשרשיו:

לכן עתה תעטרוך הדר ויקר ורב עצמך:

זאת עשיתי

בעט מהיר ובקנה וציצך

בלב תמים ובנפש חפצך

לכבוד רעי ואהובי כאחי וקרובי

ה"ה הבחור המשכיל והמלומד כמ"

ש"עלוויגי יצו ביום שנתעלה למעלה

העליונה בחכמת הפילוסופייה פה ישובך

ליום ציג שנת תרצ"ד לפ"ק

אהבו הנאמן

M. GABRIEL GRODDECK, Collegii B.
 Mariæ Virginis Collegiatus.

Non generat molles aquilina propago columbas,
 Nec dispar Patri Filius esse solet.

Est fateor talis, quam multa exceptio vexat,

Regula; at exceptis regula quando caret?

Sufficit exemplum nobis quòd nobile monstret,

Dum Tu SCHELVIGI Schelwigiana sapias,

Inclyta dum fulges virtutis imago Paternæ,

Et vivi heredem Te Patris esse probas,

Restat, ut ad patrios sensim elucteris honores,

Quò parat insignem lux hodierna gradum;

Doctorem divina vocant oracula Patrem,

Te tua Doctorem Philosophia vocat.

Johannes Trellundt.

DE SU
 IN
 PHILOSOPHIA
 VIRO FU
 Nobilissimo Do
 DOMI
 JOH. SCHE

Boru
 d. 26. Jan. cl
 In Lipsiensi Academia solen
 Applaudentes g
 PATRONI, FAUT

LIP
 TTPIS CHRISTOPH



can.
 ht.
 ud.
 ud.
 ES.